

intentio ad digitum ostendit signo quodam conuincere ostendit. hic ego errans cum inueniri tale nihil posse dixisse. tandem  
 iterum constat ea posse demonstrare sine signo quod cum a nobis  
 quoniam non agimus. et post inquisitionem agere possumus. locutio  
 non tam ex eo non esse genere. si quidem et loquentes cum interrogamur  
 quod sit locutio ipsa per se ipsa demonstrare facile est. satis appa-  
 ruunt ex quo admoniti sumus aut signis signa monstrare aut si-  
 gnis alia que signa non sunt. aut etiam sine signo res que agere per in-  
 rogationem possumus. horumque trium primum diligentius consideran-  
 dum. discutendumque suscepimus qua disputatione declaratum est.  
 partim esse signa que ab his signis que significantur significantur  
 uicissim non possunt. ut est hoc quod dissyllabum cum conuinctio. di-  
 cimus. partim que ut cum dicimus signum etiam uerbum significamus.  
 et cum dicimus uerbum etiam signum significamus. Nam signum et uerbum  
 et duo signa et duo uerba sunt. In hoc autem genere quod in uice se signi-  
 ficarent quodam non tantum quodam tantum quodam uero etiam idem ualorem mon-  
 stratum est. Et tenet hoc dissyllabum quod sonat cum dicimus signum prout  
 omnia quebus queque significantur significantur. et aut omnium signorum signum  
 est cum dicimus uerbum. sed tantum eorum que articulata uoce proferuntur.  
 Unde manifestum est. quod uis et uerbum signo. et signum uerbo. Id  
 est et istae duae syllabae illis et illae istis significantur. plus tamen  
 signum ualere quam uerbum. plura scilicet illis duabus syllabis quam  
 istis significantibus. tantum de autem ualeat generale uerbum &  
 generale nomen. Docuit ergo ratio omnes partes orationis etiam  
 nomina esse. quod et per nomina his addi possunt. & de omnibus dici potest.  
 quod aliquid nomine est. et nulla earum sit que uerbo adiuncto pronunti-  
 atum possit implere. sed cum tantum de ualeant nomen et uerbum.  
 eo quod omnia que uerba sunt sint etiam nomina. non tamen idem ualent. alia quippe  
 de causa uerba & alia nomina nuncupari. satis probabiliter disputatum  
 est. Si quidem alterum horum ad auris uerberationem est. alterum ad animi

5 fol. 1  
 par. 2